



De iurisprudencia et iure publica

JOG- ÉS POLITIKATUDOMÁNYI FOLYÓIRAT
JOURNAL OF LEGAL AND POLITICAL SCIENCES

2023.

XIV. évfolyam / Vol. XIV

3. szám / No. 3

Főszerkesztő / Editor-in-Chief

PACZOLAY Péter

Társszerkesztők / Editors

BALÁSSY Ádám Miklós, FEJES Zsuzsanna, KOVÁCS Endre Miklós,
KÖNCZÖL Miklós, TÓTH J. Zoltán

Nemzetközi Tanácsadó Testület /
International Advisory Board

Dalibor ĐUKIĆ, Kateřina FRUMAROVÁ,
Ján ŠKROBÁK, Aleksandra SYRYT.

Kiadja a

Magyar Jog- és Államtudományi Társaság

Publishing

Hungarian Association of Law and Political Sciences



HU ISSN 1789-0446

Könczöl Miklós
Pázmány Péter Katolikus Egyetem
Jog- és Államtudományi Kar
Jogelmélet Tanszék
egyetemi docens

XIV. évfolyam | Vol. XIV
2023/3. szám | No. 3/2023
Fordítás / Translation
www.mjat.hu

[Augustinus]: De rhetorica

[Augustine]: De rhetorica¹

ABSTRACT

This fragmentary outline of rhetoric, attributed to Augustine in one branch of the textual tradition, had been considered for long as the most important source for the reconstruction of the lost textbook of Hermagoras of Temnus. Although that view has been challenged in the last decades, the text still provides valuable insight into the rhetorical literature of Late Antiquity. The translation follows the Latin text published in Patrologia Latina, vol. 32 (Paris, 1877), with the exception of a later emendation in Section 21.

KEYWORDS: Ps.-Augustine, rhetoric, invention, stasis, Hermagoras

¹ A fordítás az MTA Bolyai János Kutatói Ösztöndíj, valamint az Innovációs és Technológiai Minisztérium ÚNKP-22-5 kódszámú Új Nemzeti Kiválóság Programjának a Nemzeti Kutatási, Fejlesztési és Innovációs Alapból finanszírozott támogatásával készült.

I Oratoris officium est proposita quaestione civili dumtaxat primum ipsam intellegere, generalis sit an specialis, simplex an coniuncta ex pluribus, absoluta an comparativa: deinde cum intellexerit, invenire in eam congruentes partitioni locos et his morales seu naturales adcommodare sententias: exinde iudicare de inventis, repudiare quae parum commode occurrerint, tum iis quae iudicio examinarit dare ordinem certum. Etenim quamvis multa et pertinentia inventa sint, tamen, nisi pro qualitate et magnitudine sua certis et quasi legitimis sedibus conlocentur, aut oberunt aut non magno opere proficient. Subinde ordinationi rhetor explicationem rerum commodare debet, quae duabus partibus constat, structurae qualitate et quantitate verborum. Haec omnia memoria suscipiet, quam et plerique Graecorum et magister M. Tullius in primis oratori adfirmant necessariam, hoc, ut opinor, modo: Venio nunc ad thesaurum rerum omnium, memoriam, quae nisi custos inventis ordinatisque rebus adhibeatur, intellegimus omnia, etiam si praeclarissima sint in oratore, peritura. Memoriam pronuntiatio sequetur, res, ut Demostheni videtur, inter oratoria officia vel prima vel sola, quae consistit duobus, motu corporis et sono vocis. Haec quantum summatim tetigisse satis est, quae sunt oratoris officia. Reliquum est videre qui sit finis.

1. A szónok dolga (*officium*) – amennyiben a fölmerülő kérdés a polgárokat illeti (*civilis quaestio*) – először is az, hogy megértse (*intelligere*): általános vagy különös, egyszerű vagy összetett, önálló vagy összehasonlításra alapuló kérdés-e; ha pedig egyszer megértette, hogy megtalálja (*invenire*) hozzá az érveknek a fölosztáshoz illő forrásait (*locus*), és azokhoz az erkölcsön vagy a természetben alapuló állításokat (*sententia*) kapcsoljon. Ezután meg kell ítélnie (*iudicare*), amit talált: elvetnie a kevésbé használható dolgokat, azután határozott sorba rendeznie (*dare ordinem*) azokat, amelyeket megfelelőnek ítélt. Mert bármilyen sok odavágó dolgot talált is, ha ezek nem kerülnek a minőségük és jelentőségük szerint meghatározott és – hogy úgy mondjuk – az őket joggal megillető helyükre, akkor vagy akadályt jelentenek, vagy nem sok hasznukat lehet venni. Ezután a szónoknak az elrendezéshez kell igazítania (*commodare*) a gondolatok kifejtését: ennek két része van, a szavak minőségén és mennyiségén alapuló alakzatok (*structura*). Mindezeket az emlékezetébe (*memoria*) vési majd, amelyet sok görög szerző, valamint M. Tullius mester is a szónok egyik legfontosabb feladatának nevezett, ha jól emlékszem, ilyesféleképpen: „Most pedig rátérek mindennek a tárházára, az emlékezetre. Ha nem bíznák az őrizetere a megtalált és elrendezett dolgokat, tudjuk jól, hogy mindaz, ami a szónokban megvan, még a legnagyszerűbb dolgok is, feledésbe merülnének.” Az emlékezetet követi az előadás (*pronuntiatio*), amely Démosthenész szerint a szónok legfőbb, ha nem az egyetlen feladata, és két dologból áll, a test mozgásából és a hallható hangból. Elég is ilyen röviden érintenünk a szónok feladatait. Azt kell most már megnéznünk, hogy mi a célja (*finis*).

2 Finis est, ut opinor, in omnibus rebus, ad quem cuncta referuntur, cuius causa fiunt reliqua omnia: a Graecis τέλος dicitur; quod etiam in philosophorum paene omnibus disputationibus quaeritur, quis sit finis bene vivendi, virtus an voluptas, et cetera. Finem igitur proprium oratoris officii alius alium probaverunt. Quibusdam enim visum est summam oratoris officii in bene dicendo esse, quibusdam in recte dicendo, quibusdam in vere dicendo, quibusdam in persuadendo consistere. Quin etiam illi, qui bene aut vere dicere finem officii oratoris putaverunt, non abnuunt tamen horum ipsorum finem esse persuadere, ut sit finis oratoris officii bene dicere, finis bene dicendi persuadere. Ergo quasi consensu omnium finis est oratoris officii persuadere. Hoc quia in calumniam videbatur posse recidere (non enim semper persuadet orator, nec, si aliquando persuadere non possit, facultatem et nomen oratoris amittit) addidit Hermagoras, quo calumniam effugeret, et ita scriptum reliquit, finem esse oratoris officii persuadere, quatenus condicio rerum personarumque patitur.

3 Alia subinde ex eodem verbo persuadendi calumnia nascitur, inventa sane a Platone <et> tractata multum in Gorgia, sed posthac multo inpudentius a quibusdam technicis, obtrectatoribus Hermagorae, frequentata. Negant quippe proprium finem esse oratoris officii persuadere, sed communem paene cum universis: nam et mathematicos de iis, quae in notitiam ipsorum ceciderint, persuadere, et medicos de iis, quae in arte ipsorum contineantur, persuadere, opifices etiam et tabernarios fabros et si qui huius modi sunt posse de eo quod agant cuivis probabiliter persuadere, quasi ratione faciant: ergo non esse integrum finem, qui

2. Véleményem szerint minden dologban az a cél, amire az egész irányul, és aminek a kedvéért van az összes többi dolog; a görögök *telos*nak nevezik, és szinte minden filozófiai vitában ezt kutatják: Mi a jó élet célja: az erény vagy az élvezet? stb. Mármost a szónoki munka sajátos céljának egyesek ezt, mások azt tartották. Némelyek úgy látták ugyanis, hogy a szónoki munka legfőbb célja a jó beszéd (*bene dicendum*), mások szerint a helyes beszéd (*recte dicendum*), megint mások szerint az igaz beszéd (*vere dicendum*), ismét mások szerint pedig a meggyőzés (*persuadendum*). De még akik úgy gondolták, hogy a szónoki munka célja a jó vagy az igaz beszéd, azok sem tagadják, hogy mindezen dolgok célja viszont a meggyőzés, úgyszólván a szónoki munka célja a jó beszéd, a jó beszédé pedig a meggyőzés. Ezért szinte mindenki egyetért abban, hogy a szónoki munka célja a meggyőzés. Mivel látszott, hogy ez a megfogalmazás támadható (hiszen a szónok nem mindig győz meg, ám ha egy adott esetben nem sikerül is meggyőznie, attól még nem veszíti el sem ezt a képességet, sem a „szónok” megnevezést), Hermagoras, hogy elkerülje a támadást, hozzátette – és írásban is így hagyta hátra –, hogy „a szónoki munka célja a meggyőzés, amennyire a ténybeli és személyi körülmények ezt lehetővé teszik.”

3. Ugyanez a „meggyőzés” kifejezés aztán egy másik támadásra is alapot adott, amelyet bizonyára Platón talál ki, és hosszasan tárgyalt a *Gorgias*ban, ám utóbb jóval szemérmetlenebbül éltek vele egyes szakírók, akik Hermagorast becsmérelték. Azt állították ugyanis, hogy a meggyőzés nem a szónoki mesterség sajátos célja, hanem közös szinte mindenkivel. Hiszen a matematikusok - mondták – is meggyőznek a tudományukhoz tartozó dolgokról, az orvosok is az ő mesterségük területére eső dolgokról, de a kézművesek, sőt a kereskedők és a kovácsok is, és a hasonlók mind képesek bárkit hitelesen meggyőzni azzal kapcsolatban, amivel foglalkoznak, mintha csak elvek alapján tennék. Nem iga-

solam communitatem habeat, careat proprietate; esse actum persuadendi communem cum multis et idcirco persuadere non esse proprium finem oratoris officii. Huic quoque calumniae Hermagoras percommode obstitit. Dicit enim esse oratoris officium persuadere, quatenus rerum et personarum condicio patitur, dumtaxat in civilibus quaestionibus. Nam medicorum et philosophorum et ceterae huius modi quaestiones extra regulam civilem, quam πολιτικὴν Graeci vocant, conlocantur.

4 Sunt autem civiles quaestiones, quarum perspectio in communem animi conceptionem potest cadere, quod Graeci κοινὴν ἔννοιαν vocant. Verum ut facilius intellegatur, quae sit haec ipsa condicio, quam demonstratam esse volumus, omnia quaecumque huius modi sunt, ut ea nescire pudori sit, et quae vel ignorantes, quasi sciamus tamen, cum simulatione prae nobis ferimus, quotienscumque in dubitationem vocantur, efficiunt civilem quaestionem. Quod dico, huius modi est. Si de pondere alicuius rei quaeratur, si non videaris scire quot librarum sit, non est erubescendum: si de longitudine non videaris scire quot pedum sit, non est erubescendum: si de ceteris huius modi rebus, quas persequi longum est; et ideo quotienscumque in dubitationem venerunt, licet faciant quaestionem, tamen civilem facere non possunt. At ubi quaeritur, sitne aliquid iustum an iniustum, honestum an inhonestum, laudandum an reprehendendum, praemio adficiendum an supplicio, utile an inutile, et si qua huiusmodi sunt, nemo non etiam extra omnem artem et scientiam conlocatus erubescat, si haec nescire videatur. Inde est quod omnes persuasum habent aut certe aliis persuadere non dubitant, posse se concipere animo discrimen iusti et iniusti, honesti et inhonesti ceterorumque quae supra diximus. Et idcirco quae dubitationes in huius modi rebus oriuntur, civiles vocan-

zi cél tehát, amely csakis közös, és nem valaminek a sajátja: a meggyőzés tevékenysége pedig sokakkal közös, ezért a meggyőzés nem saját célja a szónoki mesterségnek. Hermagoras e támadásra is igen találóan felelt meg: azt mondta ugyanis, hogy a szónok feladata a meggyőzés, amennyire a ténybeli és személyi körülmények lehetővé teszik, feltéve, hogy a polgárookra tartozó kérdésről van szó. Az orvosiak és a filozófiaiak és a többi ilyesféle kérdés ugyanis kívül esik a polgári élet területén, amelyet a görögök *politikának* neveznek.

4. A polgári kérdések azok, amelyek a lélek közönséges felfogása révén, amit a görögök *koiné ennoiának* neveznek, megragadhatók. De hogy könnyebben érthető legyen, mit is jelent ez a feltétel, amelyet be akarunk mutatni: minden olyan dolog, amit szégyen nem tudni, és ha nem is tudjuk, mégis úgy teszünk, mintha tudnánk – mindezekből, valahányszor vita tárgyává lesznek, polgári kérdés következik. Ilyesmire gondolok: ha valaminek a súlyát kérdezik, és nem tudod, hány fontot nyom – ez nem szégyellnivaló. Ha a hosszát kérdezik, és nem tudod, hány láb – ez sem szégyellnivaló. Ugyanígy a többi hasonló dologgal, amelyeket nem győzném felsorolni. És éppen ezért, ahányszor csak vitáznak ezekről a dolgokról, jóllehet kérdések következnek belőlük, mégsem a polgárookra tartozó kérdések. Amikor viszont az a kérdés, hogy valami igazságos vagy igazságtalan, tisztességes vagy tisztességtelen, dicséretre vagy szemrehányásra méltó, hogy jutalmat érdemel-e vagy büntetést, hogy hasznos-e vagy sem, és más hasonlók, akkor nincs senki – még az sem, akitől távol áll minden mesterség és tudomány –, aki ne szégyellné magát, ha kiderül, hogy nem tudja. Ezért van, hogy minden ember meg van győződve róla, és bizonyára nem habozik meggyőzni másokat, hogy ők maguk is képesek lelkükkel megragadni a különbséget az igazságos és az igazságtalan, a tisztességes és a tisztességtelen, és a többi fent említett dolog között. Ezért nevezik az ilyesféle kér-

tur quaestiones, quasi non propriae paucorum, sed communes universorum. Quae cum ita sint, merito [quae communi conceptione animi perspicere possint] quaestiones, quae κοινῇ ἐννοίᾳ deprehendi possunt, civiles vocantur, et hae sunt, in quibus versari et praestare debet orator.

5 Duo sunt primi et quasi generales civilium modi quaestionum, quorum alter thesis, alter hypothesis vocatur a Graecis. Nos priori nomen nisi graecum dare non possumus, ne posteriori quidem, quamquam videamur dare latinum potuisse, dedimus: quippe controversiam dicimus, quod nomen tam in thesin quam in hypothesis potest cadere; in utroque enim quaestio, id est controversia est. Porro hypotheseos significatio et declaratur ex ipso composito nomine esse aliquid, quod est ὑπὸ τὴν θέσιν, id est sub illo genere quasi species. Thesis est res, quae admittit rationalem considerationem sine definitione personae: hypothesis est seu controversia, ut in proprio nomine utamur, res, quae admittit rationalem contentionem cum definitione personae. Melius autem declarabuntur sub exemplo. Thesis est quaestio huius modi; an navigandum sit, an philosophandum: hypothesis est quaestio huius modi: an discernendum Duillio praemium. Nec desunt, qui hic etiam Hermagoran criminantur, et Apollodorus in primis, qui negat quicquam aliud esse hypothesis quam thesis, et nullius momenti esse discrimen personarum: quamquam utrumque hoc genus quaestionis Hermagoras distinxisse videatur; non minus enim infinitam et interminatam esse hypotheseos quam theseos quaestionem. Nam cum quaeratur, sit necne animadvertendum in Oresten, non personam esse quae faciat quaestionem, sed factum, et nihil interesse an ita quaeratur, sit

désekben fölmerülő kételyt polgári kérdésnek, mint ami nem csak néhány emberre tartozik, hanem minden ember közös kérdése. Mivel ez így van, a *koiné ennoia* révén megragadható kérdéseket helyesen nevezik polgárinak, és ezek azok, amelyekkel a szónoknak foglalkoznia kell, és amelyekben ki kell tűnnie.

5. A polgári kérdéseknek két elsődleges és úgyszólván általános módja (*modus*) van, amelyek közül az egyiket a görögök *thesis*nek, a másikat *hypothesis*nek nevezik. Mi az előbbire nem találunk más nevet, mint a görögöt, és az utóbbinak sem adtunk, bár el lehet nevezni latinul. Használjuk ugyanis a vitás kérdés (*controversia*) kifejezést, amely mind a *thesis*re, mind a *hypothesis*re alkalmazható, hiszen mindkettőben van kérdés, azaz vita. Emellett maga a *hypothesis* az összetétel elemeiből láthatóan olyasvalamire utal, ami *hypo tén thesin* [„a *thesis* alatt”], mint egy faj (*species*) ezen a nemen (*genus*) belül. A *thesis* olyan dolog, amely értelemmel megfontolható, anélkül, hogy bármilyen meghatározott személyre vonatkoznék; a *hypothesis* vagy, hogy az általánosabb kifejezést használjuk, a vitás kérdés olyan dolog, amely értelmesen vitatható egy meghatározott személy tekintetében. De jobban megvilágítja ezeket egy példa. A *thesis* ilyesfajta: Kell-e hajózni? Kell-e filozófiával foglalkozni? A *hypothesis* ilyesféle kérdés: „Meg kell-e jutalmazni Duilliuszt?” Vannak, akik Hermagorast e megkülönböztetés miatt is elmarasztalják, és közöttük a legelső sorban Apollodóros, aki szerint a *hypothesis* semmiben sem különbözik a *thesis*től, és hogy a személyek meghatározása egyáltalán nem fontos, noha Hermagoras láthatólag megkülönböztette a kétféle kérdést. A *hypothesis* kérdése ugyanis nem kevésbé korlátlan és meghatározatlan, mint a *thesis* kérdése. Hiszen amikor azt vizsgálják, hogy el kell-e járni Orestésszel szemben vagy sem, akkor nem a személyen, hanem a tetten alapszik a kérdésfeltevés, és a kérdés akkor sem lenne más, ha így fogalmaznánk meg:

necne animadvertendum in matricidam: quod si ita est, nihil inter hypothesin thesinque distare.

6 Ad haec nostri: primo omnium qualitatem personarum quaestionibus differentiam adferre, quae ipsis etiam hypothesibus, id est controversiis, saepe evenire, ut punita et impunita, honorata et inhonorata quaedam relinquenda videantur, non tam ex rerum qualitate quam quantitate personae: dein illo etiam distare haec duo genera quaestionum, quod in thesi perspectio sit alicuius rei qualis sit, in hypothesi contentio: et quantum interest inter perspectionem et contentionem, tantum inter thesin et hypothesin esse discriminis. Deinde in thesi quaeri quid omnes oporteat facere, in hypothesi quid unum aut alterum aut paulo plures, certe definitum hominum modum. Etiam illa differentia accedit, quod in thesi quasi ignorantes quaerimus quid sit optimum factu, in hypothesi quasi scientes defendimus. Tum quod omnis thesis de futuro est, hypothesis raro: quin immo numquam nisi de praeterito aut eo quod iam agatur facit quaestionem. Nemo enim neque reus fieri potest, nisi fecerit aut fecisse dicatur, neque praemium aut aliquid huiusmodi petere, nisi iam meritis sit aut meritum esse se contendat. Huic loco opponunt tyrannidis et prodicionis reos et veneficii et parricidii inperpetrati, et si qua in eundem modum excogitari possunt. In quo studio criminandi falluntur: nam et in eo qui prodicionis reus est, non de futura re quaeritur, id est de ipsa prodicione, sed de eo, an susceperit consilium prodicionis, quod utique praecessit; et de tyrannide aequae, an cogitarit tyrannidem, et de parricidio non perpetrato et de veneficio.

„Felelősségre kell-e vonni az anyagyilkost, vagy sem?” Mivel ez így van, nincs különbség *thesis* és *hypothesis* között.

6. Erre a mieink ezt felelik: Először, hogy a személyek minősége különbséget jelent a kérdésekben, és még a *hypothesis*ekben, vitákban is gyakran előfordul, hogy bizonyos dolgokról úgy látszik, büntetést vagy büntetlenséget, tiszteletet vagy annak hiányát érdemlik, nem annyira a tettek minősége, mint inkább a személyek jelentősége miatt. Másodszor a kétféle kérdés abban is különbözik, hogy a *thesis*ben azt vizsgálják, hogy valamely dolog miféle, míg a *hypothesis*ben vita van: amennyire a vizsgálat különbözik a vitától, oly mértékben különbözik a *thesis* is a *hypothesis*től. Továbbá a *thesis*ben azt vizsgálják, hogy mit kellene mindenkinek megtennie, míg a *hypothesis*ben azt, hogy mit kellene megtennie az egyiknek vagy a másoknak, vagy néhány embernek, de mindenképpen meghatározott személyeknek. Ehhez járul még az a különbség, hogy egy *thesis*ben úgy vizsgálódunk, mintha nem tudnánk, mit a legjobb megtenni, míg egy *hypothesis*ben úgy érvelünk, mintha tudnánk. Aztán minden *thesis* a jövőre irányul; egy *hypothesis* csak ritkán, hiszen csak egy már megtörtént dolog lehet a kérdés tárgya, vagy egy olyan cselekedet, amely éppen most történik. Senkit sem lehet ugyanis megvádolni, hacsak nem tett valamit, vagy nem mondják, hogy megtette; és senki sem kérhet jutalmat vagy hasonlót, hacsak nem méltó rá már most, vagy nem állítja, hogy az. Ezzel szemben ellenfeleink olyan példákat hoznak föl, amikor valakit zsarnokság, hazaárulás, méregkeverés, vagy emberölés előkészületének a vádja ér – és amit még ki tudnak találni. De félrevezeti őket a hibakeresés buzgalma: hiszen a hazaárulás vádlottja esetében sem a jövőbeli tette vonatkozik a vizsgálat, azaz magára az árusra, hanem arra, hogy eltervezte-e a hazaárulást, ami minden eset-

Ergo semper aut de praeterito aut de praesenti in hypothesi nascitur quaestio, in thesi contra numquam nisi de futuro. Quae si ita sunt, satis utriusque est declarata diversitas.

7 Nunc, quoniam quidem de differentia generalium et specialium quaestionum satis dictum est separataque thesis ab hypothesi, ut perinde distaret re ac nomine, consequens esse videtur dicere, quid sit quod hypothesin, id est controversiam efficiat. Est igitur circumstantia rerum, quam περίστασιν Hermagoras vocat, sine qua ulla omnino controversia non potest esse. Quid sit autem peristasis, facilius partitione quam definitione eius deprehendi potest. Sunt igitur partes circumstantiae, id est peristaseos, septem, quas Hermagoras μόρια περιστάσεως vocat, Theodorus στοιχεῖα τοῦ πράγματος, id est elementa, quod ex eorum coniunctione quaestiones fiant perinde atque ex coniunctione literarum nomina et verba fieri videmus. Sed sive στοιχεῖα sive μόρια rectius dicuntur, nos omissa controversia nominis, quae sint ipsa dicamus. Sunt igitur haec: quis, quid, quando, ubi, cur, quem ad modum, quibus adminiculis, quas Greci ἀφορμὰς vocant. Horum autem omnium aut plurimorum rationalis congregatio conflatur quaestionem. Sed nimirum singulorum proprietates exprimenda est.

8 Quis significantiam habet personae, quae spectatur duobus modis, ex nomine et qualitate. Ex nomine hoc modo: quis? Camillus, C. Marius, L. Sulla. Ex qualitate: quis? dives et pauper, imperator. Est autem definita in nominibus, infinita in qualitatibus personarum perspectio, quando in appellationem nihil praeter nomen cadit,

ben megelőzi a cselekményt; ugyanígy a zsarnokságnál, hogy gondolt-e rá, és ugyanígy a be nem végzett gyilkosság és a méregkeverés esetében is. A *hypothesis*ben tehát mindig vagy a múltra vagy a jelenre vonatkozik a kérdés, a *thesis*ben viszont a jövőre. Ha pedig ez így van, az kellőképpen megvilágítja a kettő különbségét.

7. Most, hogy elég szó esett az általános és a különös kérdések különbségéről, és a *thesis* elhatároltuk a *hypothesis*től, hogy mind tartalmában, mind nevében megkülönböztessük, az látszik a következő lépésnek, hogy elmondjuk, honnan keletkezik a *hypothesis*, azaz a vita. Ezek pedig a körülmények (*rerum circumstantia*), amelyeket Hermagoras *peristasis*nek nevez, s amelyek nélkül semmiféle vita sem jöhet létre. Hogy mik a körülmények, azt azonban könnyebben megérthetjük a fölosztás, mint a meghatározás alapján. A körülményeknek, vagyis a *peristasis*nek hét része van, amelyeket Hermagoras *moria peristaseos*nak nevez, Theodóros pedig *stoicheia tu pragmatos*nak, azaz elemeknek – mivel ezek összekapcsolásából erednek a kérdések, ugyanúgy, ahogyan láthatólag a betűk összekapcsolása hozza létre a főneveket és az ígétet. De akár a *stoicheia*, akár a *moria* a helyesebb kifejezés, mi most az elnevezést illető vitát félretéve elmondjuk, hogy melyek ezek. A következők: ki?, mi?, mikor?, hol?, miért?, milyen módon?, milyen eszközzel? (ezt a görögök *aphormainak* mondják). Ezek mindegyikének vagy többüknek az észszerű összeállítása eredményez egy kérdést. Most pedig egyesével kell kifejtenuk ezeknek a tulajdonságait.

8. A „ki?” egy személyt jelöl, kétféleképpen: a név és a tulajdonság szerint. A név szerint: Ki? – Camillus, C. Marius, L. Sulla. A tulajdonság szerint: Ki? – Gazdag és szegény, hadvezér. A személyek név szerinti megjelölése meghatározott, a tulajdonságok szerinti viszont meghatározatlan, mivel a személy

in qualitatem et fortuna et aetas et condicio et disciplina et cetera, quae sunt infinita numero. Quid significantiam habet rei, quae facta ab aliquo vel dicta vel cogitata, fieri dici cogitari, futura esse dictum iri cogitatum iri videatur, bona vel mala, honesta vel inhonesta, iusta vel iniusta, utilis vel contra, necessaria vel parum, magna vel parva, usitata vel nova. Quando temporis significationem habet, velut 'interdiu an noctu, sacro an inreligioso die'. Etiam ex accidentibus, quae interdum dant tempori suam qualitatem, velut: in belli tempore an in pacis tempore, in seditione an in concordia, in libertate an in dominatione, et si qua in eundem modum cadere possunt. Vbi loci significationem habet, velut in civitate an extra, in sacro loco in profano, in mari in terra. Cur significat causam faciendi vel dicendi vel cogitandi, rem, ut mea fert opinio, ad constituendam quaestionem in primis necessariam. Quem ad modum significationem habet ex facti vel quod fiat futurumve sit demonstratione, veluti 'clam palam, per vim per dolum', et si qua similia in eundem modum cadunt. Ἀφορμαί, quas nos adminicula dicimus, demonstrationem habent earum rerum, per quas factum esse aliquid dicatur, ut est laqueus, gladius, venenum, literae, internuntius, mandata, servus, conscius, sicarius. Horum articulorum, ut supra dixi, aut omnium aut plurimorum rationalis concursus faciet civilem quaestionem.

9 Rationales quaestiones sunt, quas Hermagoras logicas vocat. Melius enim putant sic eas cognominari quam verbales, quia logicae non ex verbi, sed ex rationis significatione appellatae sunt a technicis, cum alioquin λόγος interdum verbum significet, interdum rationem. Igitur rationales seu logicae quaestiones fiunt modis quattuor. Haec enim in illis quaeruntur: an sit, quid sit, quale sit, an induci in iudicium debeat. Vbi quaeritur an

névén kívül semmi más sem tartozik a megnevezéséhez, míg a tulajdonságaihoz a vagyona, kora, foglalkozása, képzettsége és egyebek, korlátlan számban. A „mi?” azt a dolgot jelöli, amit valaki a múltban láthatólag megtett, mondott vagy gondolt, vagy a jelenben tesz, mond vagy gondol, vagy a jövőben tenni, mondani vagy gondolni fog, legyen az jó vagy rossz, tisztességes vagy tisztességtelen, igazságos vagy igazságtalan, hasznos vagy káros, szükséges vagy szükségtelen, nagy vagy kicsi, megszokott vagy újszerű. A „mikor?” az időt jelöli, például „éjszaka vagy nappal, ünnep- vagy hétköznap”. Olyan jellemzők alapján is jelölhet, amelyek olykor az idő jellegét adják, például háború vagy béke idején, lázadás vagy nyugalom idején, szabadságban vagy elnyomás alatt, és ami még idesorolható. A „hol?” a helyet jelöli, például a városon belül vagy kívül, szent vagy profán helyen, tengeren vagy szárazföldön. A „miért?” az okot jelöli, amiért teszünk, mondunk vagy gondolunk valamit; véleményem szerint erre van a legnagyobb szükség a kérdéshez. A „milyen módon?” azt jelöli, hogy valamit milyen módon tettek, tesznek vagy készülnek tenni, például „titokban, nyíltan, erőszakkal, csellel”, és ami még idesorolható. Az *aphormai*, amit mi „eszköznek” nevezünk, azokra a dolgokra utal, amelyek segítségével állítólag valamit tettek, például csapda, kard, mérge, levél, hírnök, megbízás, rabszolga, cinkos, bérgyilkos. Amint fentebb mondtuk, az összes vagy több ilyen részlet észszerű összeállításából jön létre a polgári kérdés.

9. Racionális kérdések azok, amelyeket Hermagoras „logikai” kérdéseknek nevez – szerintük ugyanis jobb így nevezni őket, mint „szóbeli” kérdéseknek (*verbalis*), mert a szakírók nem a *verbum*, hanem a *ratio* értelmében nevezték őket „logikainak”, a *logos* amúgy néha *verbumot*, néha pedig *ratiót* jelent. A racionális vagy logikai kérdések tehát négyféleképp állnak elő. Ezekben a következőkről van szó: „Van-e?”, „Mi az?”, „Milyen?”, és „Bíróság elé

sit, genus id quaestionis Hermagoras στοχασμόν vocat, nos coniecturam possumus dicere: idem Theodorus περί τῆς οὐσίας, id est de substantia. Nihil enim neque factum videri potest, quod non habuerit substantiam, neque futurum, quod non habiturum sit substantiam. Quidam hoc genus quaestionis ex eo, quod per id quaeritur, an sit vocaverunt. Altera rationalis est quaestio, quam Hermagoras finem vocat, Theodorus περί τῆς ιδιότητος, id est de proprietate, quidam quid sit, nonnulli de eodem et altero, id est περί τοῦ αὐτοῦ καὶ θατέρου. Tertiam rationalem quaestionem uno nomine omnes qualitatem vocant.

10 De quarta magna contentio est, quam supra de inducendo iudicio diximus. Plerique enim negant esse eam, quando id agat, ne res possit venire in quaestionem. Sed inter omnes Hermagorae praecellit auctoritas, qui et quaestionem putat et in primis necessariam et agitari in foro multum et adhibendam etiam in ceteris statibus primo statim congressu, si causae condicio patiatur. Nihil enim statuo tam interesse eorum, quibus iudicium intenditur, quam declinare iudicium. Porro ipsam declinationem iudicii habere nonnullam iudicii speciem. Nam si ita res ageretur, ut quotiens nollet aliquis causam induci, esset hoc in ipsius potestate, nulla erat quaestio: nunc cum semper existant qui impediunt, ipsa illa contentio, qua alter in iudicium vocat, alter recusat iudicium, facit quaestionem, quod controversiae genus Hermagoras μετάληψιν appellat. Nostrorum pauci reprehensionem, plerique translationem vocaverunt, utriusque sane rationem secuti. Qui reprehensionem dixit-

kell-e állítani?”. Ahol a vita tárgya az, hogy valami van-e, azt a típust Hermagoras *stochasmos*nak nevezi, mi pedig „föltételezésnek” (*coniectura*) mondhatjuk. Ugyanezt Theodóros *peri tés usias*nak, azaz „a létezésre vonatkozóan” (*de substantia*) nevezi. Semmiről sem vélhetjük ugyanis, hogy megtörtént, ami nem létezik, és hogy meg fog történni, ami nem lesz. Egyesek ezt a fajtát a „létezik-e?” kérdésének nevezték el, annak alapján, amire irányul. A második racionális kérdés az, amelyet Hermagoras meghatározásnak (*finis*) nevez; Theodóros *peri tés idiotétos*nak, azaz „a sajátosságról” szólóan; egyesek a „mi az?” kérdésének, mások pedig „az azonosról és a különbözőről”, azaz *peri tu autu kai thateru* szólóan nevezik. A harmadik racionális kérdésre mindenki ugyanazt a „minőség” (*qualitas*) kifejezést használja.

10. Erősen vitatott a negyedik kérdés, amelyről korábban azt mondtuk, hogy az ügy bíróság elé állítására vonatkozik. Sokan tagadják ugyanis, hogy ez kérdés volna, hiszen a célja az, az ügy ne kerülhessen bíróság elé. Hermagoras tekintélye azonban mindenkit fölülmúl, márpedig ő azt állítja, hogy ez kérdés, még hozzá különösen szükséges, amely gyakran kerül elő a bíróságon, és amelyet a többi ügyállásban is alkalmazni kell, mégpedig a legelső tárgyaláson, ha az ügy körülményei megengedik. Mert állítom, hogy semmi sem áll inkább a perrel fenyegetettek érdekében, mint a per elkerülése, sőt, hogy a per elhárítása maga is hasonlít némiképp a perre. Ha ugyanis úgy működne a dolog, hogy valahányszor valaki nem kívánja, hogy az ügy bíróság elé kerüljön, ez a hatalmában állna, akkor kérdés sem lenne. Jelenleg azonban, mivel mindig akadnak, akik megakadályoznák, éppen abból a vitából, hogy az egyik fél perbe hív, a másik pedig kifogást emel ellene, következik a kérdés. Ezt a fajta vitát Hermagoras *metalépsis*nek nevezi. A mieink közül néhányan „elutasításnak” (*reprehensio*), többen „áthelyezésnek” (*translatio*) nevezték, s egyik sem ok nélkül. Akik eluta-

runt, eo scilicet, quod cum maxime inducatur in iudicium causa, reprehenditur et quasi retrahitur: qui translationem, quod reus non omnino excludat actionem, sed, ut praesentem condicionem actionis excuset, in aliud genus iudicii transferat, vel habitum iam vel futurum.

11 Sunt item aliae quaestiones quattuor, quas inventores νομικάς, nos legales appellamus. In his sunt scriptum et voluntas, quod illi ῥητὸν καὶ διάνοιαν appellant, ἀντινομία, quam nos contentionem legum contrariarum vocamus, ambiguitas, quam illi ἀμφιβολία, conlectio, quam illi συλλογισμόν. Verum haec paulo post diligentius tractabimus, ita ut significantia cuiusque evidentius exprimatur et species generibus addantur. Interim mihi videtur esse dicendum, quibus omnis quaestio articulis et quasi nodis subinde adstricta ad perfectam speciem sui veniat. Est aliquod dictum, quod Graeci φάσιν nominant: id scinditur in duas partes, et est eius alterum κατάφασις, alterum ἀπόφασις. Cataphasin (non sufficit enim aientiam exprimere) intentionem verbo factam possumus dicere, id est verbum quo crimen intenditur, veluti: ‘pulsasti, prodidisti, occidisti’. Quod autem illi apophasin, nos abnuentiam criminis eius, quod accusator intenderit, veluti: ‘non pulsavi, non occidi, non prodidi’. Ex his duobus, dicto et responso, vel intento et negato, media nascitur quaestio hoc modo. Intentio est ‘occidisti’, negatio ‘non occidi’, quaestio ‘an occiderit’. Sed ut iam a

sításnak nevezték, nyilvánvalóan azért, mert éppen amikor az ügyet a bíróság elé viszik, azt megragadják (*reprehenditur*), és úgyszólván visszahúzzák; akik „áthelyezésnek” nevezték, azok pedig azért, mert az alperes nem zárja ki teljesen az eljárást, hanem, hogy szabaduljon a per adott körülményeitől, a tárgyalást másfajta bíróságra helyezi át (*transferat*), amely vagy már ülésezett, vagy majd fog.

11. Van továbbá négy másik kérdés, amelyeket a fölfedezőik *nomikainak* neveznek, mi pedig „törvényi” kérdéseknek. Ezek közé tartozik „a szöveg és a szándék” (*scriptum et voluntas*), amelyet ők *rhéton kai dianoíának* neveznek, az *antinomia*, amely nálunk „törvények közti ellentmondás” (*leges contrariae*), a „kétértelműség” (*ambiguitas*), amelyet ők *amphiboliának* neveznek, és az „összefoglalás” (*conlectio*) amely nálunk *sylogismos*. Ezekkel azonban majd egy kicsit később foglalkozunk részletesebben, hogy mindegyiknek a jelentését világosabban kifejtjük, és minden nemnél megadjuk a hozzá tartozó fajokat. Addig is, úgy gondolom, azt kell elmondanunk, hogy a kérdések milyen tagok és úgyszólván az azokhoz kapcsolódó ízületek révén érik el végső formájukat. Valamit mondanak (*dictum*), a görögök ezt *phasisnak* nevezik és két részre bontják: az egyik a *kataphasisnak*, a másik az *apophasis*. A *kataphasisra* (mert nem elegendő „állításnak” [*aiencia*] fordítani) mondhatjuk, hogy az „a vád kimondása” (*intentio verbo facta*), azaz a bűncselekményt jelölő ige, úgymint „megütötted; elárultad, megölted”. Amit azonban ők *apophasisnak* mondanak, azt mi a vádban szereplő bűncselekmény „tagadásának” (*abnuentia*) nevezhetjük, például „nem ütöttem meg; nem öltem meg; nem árultam el”. E kettőből, az állításból és a válaszból (*responsum*), vagy a vádból (*intentum*) és a vád tagadásából (*negatum*) áll össze a középső kérdés, a következőképpen. A vád: „Öltél”; a tagadás: „Nem öltem”, a kérdés: „Vajon ölt-e?”.

coniecturali modo recedamus, intentio est ‘iniuria occidisti’, negatio ‘non iniuria occidi’, quaestio est ‘an iure occiderit’. Vel in aliquo legali statu. Intentio est ‘non licebat tibi hoc facere per legem’: negatio est ‘licebat mihi hoc facere per legem’: quaestio est ‘licueritne hoc facere per legem’.

12 Hanc quidam, ut nos usque adhuc diximus, quaestionem vocaverunt, quidam statum nominaverunt, ab eo videlicet, quod in ea et exordium quaestionis et summa consisteret. Primo enim quasi eminens, cum hinc dicatur factum esse, inde non esse factum, nulla pugna est, sed quasi futurae pugnae meditatio: deinde cum propius accessum est et quasi ad manus ventum, altercationi et contentioni mutuae media quaestio intervenit, sit necne factum. In ea uterque consistit, omissio quod ante dicebat: unde ei quaestioni status nomen inpositum est. Hoc idem Theodorus κεφάλαιον appellat, translatione usus videlicet a principali parte corporis, quod in hoc etiam complexu duorum, quae utrimque dicta sunt, quasi caput quoddam totius controversiae efficitur.

13 Consequens huic locus est, aut perinde aut magis etiam necessarius, quo demonstratur quid sit causa, quid continens, quid de quo contenditur. Causam Hermagoras αἴτιον vocat, συνέχον continens, de quo contenditur κρινόμενον. Est igitur causa, quae nisi praecesserit, controversia fieri non potest. Quod dico, tale est. ‘Abdicatur a patre filius’ controversia idcirco non est, quia nulla cur abdicaretur a patre, causa praecessit.

De hogy most már ne ragaszkodjunk a következtetési típushoz: a vád az, hogy „Jogtalanul öltél”; a tagadás: „Nem jogtalanul öltem”, a kérdés pedig: „Jogtalanul ölt vagy sem?”. Vagy, egy jogi ügyállást illetően, a vád a következő: „A törvény nem engedte, hogy megtegyed”, a tagadás: „A törvény megengedte, hogy megtegyem”; a kérdés: „A törvény szerint megtehetted, vagy nem?”.

12. Ezt pedig egyesek „kérdésnek” (*quaestio*) nevezték, éppen úgy, ahogyan mi is az eddigiekben, mások pedig „ügyállásnak” (*status*), bizonyára azon az alapon, hogy a kérdés forrása és a teljes formája együtt áll benne. Mert elsőre, mintegy távolabbról, amikor egyfelől azt mondják, hogy valami megtörtént, másfelől pedig, hogy nem történt meg, még nem csapnak össze, hanem úgyszólván fontolgatják a készülő összecsapást. Azután, amikor már közelebb kerültek egymáshoz, és már-már kézítésre kerül sor, akkor lép a szóváltás és a vita közé a kérdés, hogy megtörtént vagy nem történt meg. Ebben mindkét fél megállapodik, félretéve, amit korábban mondtak, és innen ered erre a kérdésre az „ügyállás” elnevezés. Theodóros ugyanezt *kephalaion*nak nevezi, átvitt értelemben, egyértelműen az emberi test legfőbb tagjáról, minthogy a kétfelől elhangzottaknak ebből az összefonódásából mintegy fejet kap az egész vita.

13. A következő és ugyanennyire, ha nem méginkább szükséges az a szakasz, amelyben bemutatjuk, mi az „ok” (*causa*), az „ellenvetés” (*continens*) és a „vita tárgya” (*de quo contenditur*). Hermagoras az okot *aition*nak, az ellenvetést *synechon*nak, a vita tárgyát pedig *krinomenon*nak nevezi. Az ok az, ami nélkül soha semmilyen vita sem alakulhat ki. Ilyesmire gondolok: „Egy apa kitagadja a fiát” – ez azért nem vita, mert nincs meg az az előzetes ok, ami miatt az apja kitagad-

Denique addamus causam et statim controversia effecta est: 'iuravit se non ducturum uxorem et abdicatur'. Quod iuravit αἴτιον factum est, id est causa, cur abdicationem mereretur. Συνέχον, id est continens, est, quod ad refutandum αἴτιον, id est ad refellendam causam videtur adferri, ut est in hac materia: 'Militem, qui iuraverat se deserturum, imperator occidit et reus fit caedis'. Hic enim αἴτιον est, id est causa iudicii, quod occidit; neque enim fieret reus, nisi occidisset: συνέχον est, id est continens, id propter quod occidisse <se> dixit, ius iurandum scilicet militis, quo deserturum se esse iuraverat. Hoc interdum συνέχον Hermagoras, id est continens, appellat, ab eo quod omnis rei defensio ab illo contineatur: interdum αἴτιον αἰτίου vocat, quasi causam causae. Nam quem ad modum reatus causa est quod militem occidit, ita occidendi causa, quod miles deserturum se esse iuravit.

14 Nunc quoniam scimus quid sit causa, quid continens, videamus etiam quid sit de quo contenditur, id est quid sit τὸ κρινόμενον. Est autem nihil aliud quam exploratio τοῦ συνέχοντος, id est continentis. Quod dico, tale est; etenim in eadem controversia perseverandum puto, quo sint lucidiora quae tradimus. Αἴτιον est quod occidit militem hic imperator: συνέχον est, quo reus nititur, id est ratio, propter quam occidisse se dicit; est autem, quod miles iuravit se deserturum: κρινόμενον est examinatio huius ipsius, quod ad defensionem reus attulit. In quo ita quaeritur, num alia causa imperatori fuerit, cur occiderit militem, et haec praetexatur: ut videatur non quia iuraverit occisus, sed [alia] quadam vel simultatis vel invidiae causa. Poterit etiam hoc modo articulus iste

ta. Adjuk tehát hozzá az okot, és máris vita keletkezik: „Megesküdött, hogy nem fog megházasodni, és ezért kitagadják.” Hogy megesküdött, az lett az *aition*, azaz az ok, amivel kiérdemelte, hogy kitagadják. A *synechon*, vagyis az ellenvetés az, amit az *aition* cáfolataként, vagyis a vád elhárítására (*ad refellendam causam*) hoznak föl, mint a következő esetben: „Egy hadvezér megöl egy katonát, aki megesküdött, hogy meg fog szökni, és ezért gyilkossággal vádolják”. Itt az *aition*, vagyis az eljárás oka az, hogy megölte – hiszen ha nem öli meg, nem helyezik vád alá. A *synechon*, azaz az ellenvetés az az, amire a gyilkosság okaként hivatkozik, nevezetesen a katona esküje, amellyel megfogadta, hogy megszökik. Hermagoras ezt olykor *synechon*nak, azaz ellenvetésnek (*continens*) nevezi, mert az egész ügy védelme benne foglaltatik (*contineatur*); máskor pedig *aition aitiunak*, azaz a vád okának (*causa causae*), mert ahogyan az, hogy megölte a katonát, az ellene emelt vád alapja, úgy az, hogy a katona megesküdött, hogy megszökik, az oka a meggyilkolásának.

14. Most, hogy tudjuk, mi az „ok” és mi az „ellenvetés”, lássuk azt is, mi a „vita tárgya”, azaz a *krinomenon*. Ez pedig nem más, mint a *synechon*, vagyis az ellenvetés vizsgálata. Ilyesmiről van szó – úgy vélem ugyanis, hogy meg kell maradnunk ugyanannál a vitánál, hogy annál világosabb legyen, amiről beszélünk. Az *aition* az, hogy ez a hadvezér megölt egy katonát; a *synechon* az, amire az alperes hivatkozik, vagyis a magyarázat, amiért állítása szerint megölte a katonát, tudniillik, hogy a katona megesküdött, hogy megszökik. A *krinomenon* éppen annak a vizsgálata, amit az alperes a védelmére fölhozott. Itt úgy merül föl a kérdés, hogy vajon volt-e egyéb oka a hadvezérnek, hogy megölje a katonát, és a következőt állítják: úgy látszik, hogy a katonát nem az esküje miatt ölték meg, hanem ellenszenvből vagy irigységből. Ezt a pontot így is meg lehet

tractari: an, etiam si iuraverit, parum tamen haec iusta causa fuerit cur debuerit occidi. Et tota perspectio totius συνέχοντος, quod ad αἴτιον adfertur, κρινόμενον vocatur. Evenit tamen nonnumquam, ut in una controversia non semel αἴτιον et συνέχον et κρινόμενον, sed saepius ipsa omnia per vices revoluta tractentur, ut in hac controversia: ‘reus est Vlixes laesae rei publicae, quod procos occiderit’. Hic enim αἴτιον est quod occiderit: αἴτιον αἰτίου vel συνέχον, quod eos, qui bona sua depopulabantur et pudicitiae uxoris insidiabantur, occidit: κρινόμενον est, numquid tamen, etsi hae res praecesserunt, alia tamen causa quam praetexit occiderit: vel numquid ne pessime quidem de se meritos indemnatos debuerit occidere. Deinde ad hoc κρινόμενον aliut συνέχον adfert Vlixes, quo dicat se iussu Minervae interemisse. Deinde hoc ipsum συνέχον fit κρινόμενον, quod quaeritur, utrum non propter iussum Minervae occiderit, et utrum in tali re <ne> Minervae quidem obtemperare debuerit. Est autem αἴτιον proprius accusatoris locus, συνέχον defensoris, κρινόμενον utriusque commune.

15 Subinde dicendum puto, quem ad modum et quot modis controversiae asystatae fiant: tametsi ne dici quidam controversias oportet, quae statum non habent, sed plegmata inrationabilia, id est ἄλογα. Fiunt igitur asystatae modis quattuor: uno, cum aliquid deest ex circumstantia (quae autem vis sit circumstantiae, et supra diximus), id est cum quaestionibus aut causa aut persona aut locus aut aliquid eorum deest, quibus effici circumstantiam diximus. Hoc autem genus

közelíteni: ha megesküdött is volna, az aligha lett volna elegendő ok a megölésére. És az egész *synechon*nak, amellyel az *aition*ra válaszolnak, az átfogó vizsgálatát *krinomenon*nak nevezzük. Olykor előfordul azonban, hogy egyazon vitában az *aition*, a *synechon* és a *krinomenon* nemcsak egyszer szerepel, hanem mindegyik többször is, fölváltva, mint ebben a vitában: „Odüsszeuszt a közrend megsértésével vádolják, mert megölte a kérőket”. Itt az *aition* az, hogy ölt; az *aition aitiou*, vagyis a *synechon* az, hogy azokat, akik javait fosztogatták és felesége erénye ellen szöttek tervet; a *krinomenon* pedig: ha mindez megtörtént is, vajon nem más, titkos okból ölte-e meg őket. Vagy, hogy megölte-e őket tárgyalás nélkül, még ha megérdemelték is. Erre a *krinomenon*ra aztán Odüsszeusz később egy másik *synechon*t is fölhoz, kijelentve, hogy Minerva parancsára pusztította el őket. Ezután ez a *synechon* maga is *krinomenon* lesz, hiszen az a kérdés, vajon tényleg Minerva parancsára ölte-e meg őket, és vajon szabad-e magának Minervának a parancsát is betartani egy ilyen ügyben. Az *aition* aztán inkább a vádhoz tartozik, a *synechon* a védelemhez, a *krinomenon* pedig mindkettőhöz együtt.

15. Ezután, úgy gondolom, azt kell elmondanunk, hogyan és hányféleképpen alakulnak ki az ügyállás nélküli viták (*controversiae asystatae*); bár szigorúan véve azokat, amelyeknek nincs ügyállásuk, hanem átláthatatlan (azaz *alogos*) bonyodalmak, nem is szabad vitáknak nevezni. Az *asystaták* tehát négyféleképpen jönnek létre. Az egyik az, amikor valami hiányzik a körülményekből (és hogy mit jelent a körülmény, azt fentebb kifejtettük), vagyis amikor hiányzik vagy az ok, vagy a személy, vagy a hely, vagy bármely más azon elemek közül, amelyekről azt mondtuk, hogy a körülményeket alkotják.

asystati in scholasticam materiam non potest cadere, idcirco quia ne fingi quidem poterit ullum thema deficiente circumstantia. In veritate tamen nonnumquam evenit ut aliquid horum desit, et per inprudenciam actoris profligata causa veniatur ad iudicem. Alter est modus asystati, quem κατ' ἰσότητα appellant. Nos tametsi nomen latinum dare non possumus, tamen vim intellegere debemus. Nam cum eadem utrimque dicuntur et nulla re ne parva quidem discernuntur, tum huius modi πλέγμα propter aequalitatem utriusque partis statum implicat, ut: 'vicini adulescentuli, qui speciosas uxores habebant, noctu alter alterum obvium habuerunt: accusant invicem adulterii'. Nam quidquid altera pars dixerit, hoc altera dicat necesse est: 'Verisimile est te adulterium voluisse committere, quia adulescens es.' "Te quoque verisimile est voluisse, quia adulescens es." 'Verisimile est, quia speciosam uxorem habeo.' "Te quoque verisimile est, quia et ego speciosam uxorem habeo." 'Facultatem tibi vicinitas praebuit': "et tibi eadem vicinitas praebuit facultatem." 'Cur nocte in me?' "cur tu autem in me incidisti?" Nihil est quo distinguatur, et idcirco utervis eorum sive accusat alterum, se criminatur, sive se purgat, defendit eum, quem criminari videtur.

16 Tertium est asystati genus, quod Graeci καθ' ἑτερομερίαν appellant, id est, cum reo nulla defensio est, et aut color in facto non invenitur aut parum probabilis color invenitur: unde etiam Democrates praeceptor meus solitus erat dicere, eas etiam controversias, in quibus color diu quaeritur, statum non habere. Verum ille constantius: nos si adferatur aliquid ad defensionem vel mediocriter probabile, admittimus. Sed si evidenter confossa causa

Az *asystata* ilyen típusa azonban sohasem fog előfordulni az iskolai rétorikai gyakorlatok anyagában, hiszen olyan témát kitalálni sem lehet, amelyből hiányoznak a körülmények. A valóságban azonban néha előfordul, hogy az valamelyik hiányzik, és a peres fél ostobasága miatt ily szerencsétlen ügy kerül a bíró elé. A második módot a *kat' isotéta* („azonosság”) névvel illetik. Bár ennek a típusnak nem tudunk latin nevet adni, mégis tisztában kell lennünk a jelentésével. Amikor ugyanis mindkét fél ugyanazt a dolgokat mondja, és még egy kis különbség sem fedezhető föl közöttük, az ilyen *plegma* a két fél egyenlősége miatt gúzsba köti az ügyállást, például: „Fiatalemberek, egymás szomszédai, akiknek vonzó feleségük volt, éjszaka szembetalálkoztak egymással: kölcsönösen házasságtöréssel vádolják egymást”. Bármit mond ugyanis az egyik, szükségszerűen azt állítja a másik is: „Valószínű, hogy házasságtörést akartál elkövetni, mert fiatal vagy. – Az is valószínű, hogy te, hiszen fiatalember vagy.” „Valószínű, mert vonzó a feleségem. – Az is valószínű, hogy te, mert az én feleségem is vonzó.” „A szomszédságunk lehetővé tette. – Ugyanígy a számodra is.” „Miért jöttél szembe az éjjel? – És te énvelem?” Semmi különbség a kettő között, és azért amelyik vádat emel a másik ellen, az önmagát is vádolja, és amelyik tisztázza magát, az annak a védelmében is beszél, akit látszólag vádol.

16. A harmadik ügyállás nélküli típus az, amit a görögök *kath' heteromeriannak* („egyoldalúság”) neveznek, vagyis amikor a vádlott semmivel sem védekezhet, és vagy nem találnak semmit, amivel a cselekedetet árnyalni (*color*) lehetne, vagy csak olyat, ami nem eléggé meggyőző. Ezért szokta tanítóm, Démokratés azt mondani, hogy ott sincsen ügyállás, ahol az enyhítő körülményt sokáig kell keresni. Amaz viszont még határozottabban mondta: „Ha olyan védeni való ügyet hoznak elénk, amely akár csak mérsékelten is meggyőző, elvállaljuk; de ha nyilvánvalóan tele van hé-

est, ut oportet, secundum heteromerian explodemus. Nonnunquam incidunt quaedam quaestiones, maxime in veritate, quae summam accusatori, nullam reo largiantur facultatem: verum eas non controversias, sed communes locos dicimus: quippe est in his non probatio criminis, sed ut in expressum atque evidens facinus expressio. Quartus est modus asystati vel caliginosissimus, adeo ut nonnumquam etiam doctis hominibus soleat obrepere: habet enim nonnullam speciem probabilis consistentisque materiae. Ea est huius modi, in qua iudex ferendae sententiae rationem explorare non potest. Hoc Graeci ἄπορον vocant, sed subiciamus exemplum: ‘Petebat ab alio usuram quasi pecuniae creditae: ille accepisse se pecuniam confitebatur, sed depositam et idcirco velle se restituere sortem sine usura. Pendente interea iudicio lex de novis tabulis lata est: repetit ille quasi depositam, ille retinet quasi creditam.’ Non enim video quid sit hic quod in sententia ferenda iudex sequi possit, cum petitor idem interdum credidisse, interdum deposuisse se dicat, et ille alter interdum depositam accepisse, interdum creditam, et neuter sua priore, sed uterque alter alterius praeterita sententia utatur.

17 Pertinere etiam nonnihil ad rem videtur scire figuras controversiarum, quibus invicem differant, quo magis in evidenti sit, quem ad modum quamque tractemus. Sunt igitur schemata, idest figurae controversiarum, quattuor: ἔνδοξος, quod nos opinionis bonae possumus dicere, ἀμφίδοξος, quod nos opinionis confusae ex utroque, bono ac malo, possumus dicere, παράδοξος, quod nos opinionis malae possumus dicere: tametsi quidam parum diligenter graece loquentes paradoxa pro his, quae sunt bonae opinionis, accipiunt:

zaggal, akkor az egyoldalúság miatt el kell utasítanunk.” Időnként előfordulnak olyan kérdések, különösen a tényleges gyakorlatban, amelyekben a felperes előtt számos lehetőség áll, az alperes előtt viszont semmi. Ezeket azonban nem vitának, hanem „közhelynek” nevezzük, mert nem bizonyítani kell egy bűncselekményt, hanem leleplezni egy nyilvánvaló és egyértelmű gáztettet. A negyedik ügyállás nélküli típus a leghomályosabb mind közül, olyannyira, hogy időnként még a hozzáértőket is becsapja, mert többé-kevésbé hihető és alátámasztható ügy látszatát kelti. Ilyen ügy, amelyben a bíró nem találja a döntéshez vezető utat. A görögök *aporon*nak nevezték, de lássunk egy példát: „Az egyik fél kamatot követelt, mintha pénzkölcsön után járna. A másik elismerte, hogy átvette a pénzt, de szerinte letétbe kapta, és ennek megfelelően felajánlotta, hogy visszafizeti a tőkét, kamat nélkül. Mialatt a per folyt, új törvényt fogadtak el az adósságok törléséről. Erre az egyik ismét visszaköveteli a pénzt, de mint letétet, a másik viszont nem adja, mondván, hogy kölcsön volt.” Nem világos, hogy itt mi alapján dönthetne a bíró, mivel a felperes egyszer azt állítja, hogy kölcsönbe, máskor pedig azt, hogy letétbe adta, a másik pedig egyszer, hogy letétbe kapta, máskor pedig azt, hogy kölcsönbe. Egyik sem azt állítja másodsor, amit elsőre, hanem mindketten a másik fél előző állítását hangoztatják.

17. E tárgyhoz tartozik részben a viták alakzatainak (*figurae*) ismerete is, hogy miben különböznek egymástól, hogy világosabb legyen, melyiket hogyan kell kezelniük. Négy *schéma*, vagyis alakzat van tehát: az *endoxos*, amelyet „jó megítélésűnek” (*opinionis bonae*) nevezhetünk, az *amphidoxos*, amelyről azt mondhatjuk, hogy „vegyes megítélésű”, egyformán jó és rossz, a *paradoxos*, amelyet „rossz megítélésűnek” mondhatunk – jóllehet némelyek, akik nem elég pontosan fogalmazznak görögül, a *paradoxa* kifejezést használják a jó megíté-

unde vulgo etiam olympionicas et ceteros victores Graecorum et sacrorum certaminum paradoxos vocant, magis consuetudine quam ratione ducti. Nam, ut opinor, παράδοξον est, quod est παρὰ τὴν δόξαν, contra opinionem bonam. Denique licet alias vulgarem illam significationem huius nominis probare malimus, tamen hoc loco, ut multa nove tam a technicis quam a philosophis cognominantur, accipere debemus non pro solito usu consuetudinis quam pro condicione praecepti. Quarta est species controversiae, quae graece ἄδοξος dicitur, quam nos non, ut vulgo, malae opinionis, sed nullius opinionis, id est humilem et sordidam <vocamus>. Sed evidenter haec propositis exemplis liquebunt.

18 Ἐνδοξος controversia huius modi est, in qua tam persona quam res est honesta, velut: ‘Scipio victis Poenis petit praemium ut spectet ludos laurea coronatus.’ Et persona honesta est Scipionis, et quod petitur non inprobum. Ἀμφίδοξος est, in qua vel honestatem personae turpitudine rei maculat, velut si idem Scipio petat praemii nomine mortem Tiberi Aselli; nam petitoris honesta persona est, quod petitur inhonestum: vel contra, si abdicatus fortiter fecerit et petat praemii nomine redire in domum patris: persona quae petit inhonesta, abdicati: res quam petit honesta, ut in domum patris redeat. Παράδοξον est controversiae genus, ut supra definiebam, in quo utraque inhonesta sunt, tam res quam persona, velut: ‘inpudicitiae reus fortiter fecit: petit praemii nomine accusatoris sui mortem.’ Nam et persona petentis inhonesta est, si quidem fuit reus inpudicitiae, tametsi aliquid turpitudini derogaverit quod fortiter fecit, et res quam petit improba. Ἄδοξος est controversiae genus sine opinione utraque, humile et sordidum: ‘Pauper vestimenta

lésű vitákra, azért, mert a nép az olimpiai és más görög áldozati játékok győzteseit *paradoxos*nak nevezi, inkább a szokás, mint bármiféle észszerűség alapján. Véleményem szerint ugyanis a *paradoxon* az, ami *para tén doxan*, a jó megítéléssel ellentétes. Mármost lehet, hogy a szónak ezt a köznapi értelmét máshol elfogadjuk, itt azonban – minthogy a szakírók és a filozófusok sok mindent szokatlan módon neveznek el – nem a szokásos használatnak megfelelően kell alkalmaznunk a kifejezést, hanem a szaknyelvi összefüggésnek megfelelően. A vita negyedik fajtáját, amelyet görögül *adoxos*nak neveznek, azt mi nem „rossz megítélésűnek” nevezzük, mint a köznyelv, hanem „megítélésre méltatlannak”, azaz kisszerű és alantas dolognak. De világosabb lesz mindez, ha példákkal mutatjuk be.

18. Az *endoxos* olyan vita, amelyben a személy és a tett is tisztességes, például „Scipio, miután legyőzte a karthágóiakat, jutalmul azt kéri, hogy babérral koronázva nézhesse a játékokat”. Scipio személye tiszteletreméltó, és amit kér, az sem tisztességtelen. Az *amphidoxos* olyan vita, amelyben a cselekedet alantas volta a személy tisztességét is bemocskolja, például ha ugyanez a Scipio Tiberius Asellius halálát kérné jutalmul: a kérvényező személye tiszteletreméltó, ám amit kér, az tisztességtelen – vagy fordítva, ha egy kitagadott személy valami vitéz tettet hajtana végre, és jutalmul azt kérné, hogy visszatérhessen apja házába: a kérő személye nem méltó a megbecsülésre, hiszen kitagadták, viszont amit kér, nevezetesen hogy visszatérhessen apja házába, az tisztességes. A *paradoxon*, ahogyan fentebb leírtam, olyan vita, amelyben mindkettő becstelen, a tett és a személy is; például: „A szemérem sértéssel vádolt személy derék tettet visz véghez, és a jutalomra címén kéri vádlója halálát”. Ha szemérem sértéssel vádolják, akkor a kérelmező méltatlan – még akkor is, ha derék tette részben ellensúlyozza az aljasságát –, és amit kér, az is gonosz. Az *adoxos* az a fajta vita, amely egyik tekintetben sem méltó a megbecsülésre, hanem aljas és hitvány: „Egy szegény ember ruhákat árult;

vendebat: extitit alius pauper qui vindicaret ea et furto ablata esse sibi diceret. Ille venditor ait se ab adultero deprehenso illa vestimenta detraxisse: invicem accusant, ille adulterii, hic furti.' Hic enim et personae humiles pauperum et res, quae fecisse videntur quaestionem, abiectae, vestimentorum vindicatio et agnitio. Et quamquam intervenit crimen adulterii non abiectum, tamen, quia plura sunt ἐν τῇ περιστάσει humilia et sordida, totius controversiae speciem sibi vindicant. Dinoscere autem has controversiarum figuras cum ad multa alia convenit, tum vel in primis ad id, ut modum praefandi, id est principia edendi, congruentem qualitati materiae invenire possimus. Non enim eadem species debet esse principii in themate endoxo et amphidoxo et paradoxo et adoxo, sed sua cuique forma tribuenda.

19 Iam primum in endoxo genere materiae Hermagoras negat esse praefandum. Nam si benivolentiae, inquit, conciliandae gratia praefari solemus, in bonae opinionis themate, quale est illud Scipionis, benigni sunt ii, aput quos sumus locuturi, nihil autem attinet parare quod paratum est. Sed mihi longe aliter videtur, et pace tanti viri dixerim; neque enim est semper spectanda auctoritas, utique cum ratione vincatur. Censeo igitur nihil prohibere in endoxo genere materiae quo minus praefemur. Nihil enim, opinor, mali benignos iudices benigniores facere praefando, ut, cum offensos adversariis videmus, offensionem illam dicendo augere conemur. Denique auloedos et citharoedos et ceteros huius modi artifices, quamquam non polliceantur orationem, videmus tamen praeloqui. Quia

megjelent egy másik szegény, aki a sajátjaként követelte azokat, mondván, hogy ellopták tőle. Az eladó kijelentette, hogy egy házasságtörésen ért férfiról húzta le őket. Egymást vádolják, az egyik házasságtöréssel, a másik lopással.” Itt aztán a két nincstelen személye is alantas, és megvetésre méltók a dolgok is, amelyeken a kérdés alapul, tudniillik a ruhák követelése és a megszerzésük. És bár megesik, hogy a házasságtörés nem alantas dolog, mégis, mivel több olyan része van a *peristasin*nak, amely közönséges és alantas, ezek az egész vitát meghatározzák. A viták alakzatainak megkülönböztetése sok szempontból hasznos, de különösen azért, mert lehetővé teszi, hogy a tárgy minőségének megfelelő bevezetést találjunk ki. Hiszen nem szabad ugyanolyan bevezetéssel élnünk egy *endoxos*, *amphidoxos*, *paradoxos* és egy *adoxos* ügyben, hanem mindegyikben a megfelelő formával.

19. Először is, Hermagoras azt mondja, hogy az *endoxos* típusú anyag nem igényel bevezetést. Hiszen – mondja – ha a jóindulat elnyerése végett szoktunk bevezetést mondani, egy olyan rokonszenvet ébresztő ügyben, mint amilyen a Scipióé, jóindulattal vannak azok, akikhez szólni kívánunk, akkor semmit sem nyerünk azzal, ha annak elnyerésére törekszünk, ami már megvan. Én azonban egészen másképp látom, és a nagyszerű férfiú engedelmevel el is mondom. Mert nem kell mindig tisztelnünk a tekintélyt, legalábbis ha az ész kerekedik fölébe. Úgy gondolom ugyanis, hogy semmi akadálya annak, hogy az *endoxos* anyaghoz bevezetést mondjunk. Véleményem szerint nem árt, ha a jóindulatú bírákat bevezetéssel még jóindulatúbbá tesszük, mint ahogyan, ha ellenfeleinkkel elégedetlen bírákat látunk, beszédünkkel igyekszünk fokozni elégedetlenségüket. Hiszen látjuk, hogy a fuvolisták, citerajátékosok és más hasonló művészek, bár beszédet nem tartanak, mégis mondanak valamit bevezetésképpen.

ante actionem et omnino curta et sine capite oratio est, quae sine principio ab ipsis rebus orditur, utemur etiam principiis in bonae opinionis controversiis, sed brevioribus et erectioribus paulo et confidentibus et plenis dignitatis, sine iactantia dumtaxat, ne res pariat invidiam, ut est illud apud M. Tullium contra contionem Metelli, in qua exultare videtur contra tribunum pl.: ubi uis uel in ipsa consistere? sic enim, ut opinor, insequar fugientem, quoniam congrédi non licet cum resistente. Quod numquam profecto tam magnifice dicere in exordio statim orsus fuisset, nisi et ipsius actoris esset honesta persona et res, de qua locuturus erat, non improba. Itemque alio loco, cum de coniuratorum animadversione loqueretur: 'Video, p. c., in me omnium vestrum ora atque oculos esse conversos, et deinceps. Quae omnia huius modi sunt, ut actor et splendore suo et rebus his, de quibus locuturus est, quasi honestissimis videtur merito confidere. Pleraque huius modi exordia apud G. Gracchum, quanto nobilior is fuit, <tanto maioris sunt> spiritus: quae dicentem profecto M. Erucium aut aliquem ex Cannensi caterva nemo ferret.

20 In amphidoxo genere materiae moderatione quadam utendum erit, cum principia ducemus, ut et turpitudinem, quae subest, et dignitatem, quae est in re aut persona, <...> vel inlustrando augeamus: ita varie utrumque miscemus, ut alterius partis turpitudinem alterius honestas tegat, neque tamen cum tanta iactatione, quanta in illo superiore genere materiae, sed quasi cum quadam confidenti verecundia. Si in re turpitudinis erit, quantum fieri poterit, avocabimus iudicem ad personae dignita-

Mivel az a beszéd, amely bevezetés nélkül azonnal a tárgyra tér, elhamarkodott, csonka és fejetlen, ezért még a jó megítélésű vitákban is élünk a bevezetéssel, de rövidebben és valamivel közvetlenebbül, magabiztosabban és több méltósággal, persze hivalkodás nélkül, nehogy ellenszenvet keltsen, ahogy M. Tullius mondta Metellus beszédére válaszul, amelyben kérkedőnek tűnt a néptribunussal szemben: „Hol akarsz hát megállni ebben az ügyben? Mert úgy látom, egy menekülőt üldözök, hiszen nem jutok hozzá, hogy megütközsem az ellenállással”. Bizonyára sohasem kezdett volna rögtön a bevezetésben (*exordium*) ilyen fennsőbb-séges beszédbe, ha nem lett volna egyrészt tiszteletreméltó a beszélő személye, másrészt gonosz a tett, amelyről szólni készült. Ugyanígy másutt, amikor az özszeesküvők felelősségrevonásáról beszélt: „Látom, atyák és összeírottak, hogy mindnyájatok arca és szeme felém fordul”, és így tovább. Az ilyenekben mind látszik, hogy a szónok joggal bízik saját elismertségében és abban, hogy a dolgok, amelyekről beszélni fog, a legtisztességesebbek. Több hasonló bevezető van G. Gracchustól, amelyek annyival lendülete-sebbek ezeknél, amennyivel ő előkelőbb volt. Az biztos, hogy senki sem tűrte volna el, hogy M. Erucius vagy bárki más a Cannae-beliek közül ilyeneket mondjon.

20. Az *amphidoxos* típusú ügyekben bizonyos önmérsékletet kell gyakorolni, amikor a bevezetést mondjuk, hogy az alantasságot, illetve a méltóságot, akár a tettben, akár a személyben rejlik, [enyhítsük], vagy éppen kiemelve fölnagyítsuk. Különbözőképpen vegyítjük kettőt, hogy az egyiknek a tisztességes volta elrejtse a másik aljasságát, de nem olyan hivalkodóan, mint a fönti típusnál, hanem, hogy úgy mondjam, egyfajta magabiztos szerénységgel. Ha a szégyen a tethez kötődik, akkor a bíró figyelmét, amennyire

tem: si in persona, ad rei dignitatem quasi de periculoso in tutiorem locum refugiemus, sed summam leviterque cedentes, despiciere ut potius suspicionem metus quam timere videamur. Laborabimus autem in eo, ut confusa utraque dignitate rei et personae plus fiduciae in honestate quam metus in turpitudine habere videamur. Sed ut limpidius hoc genus principandi deprehendatur, dabo exemplum, quod habuit M. Tullius, cum pro M. Scauro loqueretur: erat enim controversia amphidoxos, quippe qui niteretur dignitate personae M. Scauri, premeretur turpitudine criminis de pecuniis repetundis. Vtrumque in principio statim ita confudit orator, ut et turpitudinem criminis dignitate personae contegeret, neque tamen largiter nimium neque exultanter, sed ita, ut exprimat nonnullam etiam metus suspicionem: Maxime fuit optandum M. Scauro, iudices, ut nullo suscepto cuiusquam odio sine offensione ac molestia et cetera.

21 In paradoxo, id est in malae opinionis themate, ubi et personae et rei dignitas pariter laborabit, longioribus principiis utendum erit et purgandis suspicionibus opera tribuenda et demissa loquendum cum sententiis tum verbis etiam propius blanditiam sitis, et querimoniam quasi falsi inlati criminis et falsae infamiae compositae adversus nos per invidiam, summissiore toto corpore conformato ad verecundiam, summisso vultu, oculis terram intuentibus, neque illam acriter, sed, si possumus, etiam timore simulato. In adoxo, id est in humili genere materiae, proxima sermoni debent esse principia, neque sententiis alte petitis neque verbis ultra modum ornatis nec structura graviore, sed quasi resoluta et

timore: A hagyomány *rumore* („szóbeszéd”) olvasatát több kiadó javítja, így a kifejezés jelentése „félelmet színlelve”.

csak lehet, a személy tisztességére tereljünk; ha viszont a személyhez, akkor a tett nagyszerűségére, mintha egy veszélyes helyről egy biztonságosabbra menekülnénk, de csak röviden és könnyedén, hogy úgy tűnjék, inkább megvetjük a félelem gyanúját, mintsem tartunk tőle. Azon kell lennünk, hogy a cselekedet és a személy méltóságát összemossván úgy tűnjék, jobban bízunk abban, ami becsületes, mint amennyire félünk amiatt, ami szégyenletes. De hogy ezt a fajta bevezetést világosabban megértsük, példaként idézem M. Tulliusét a M. Scaurus mellett elmondott beszédéből. Ez valóban egy *amphidoxos* vita volt, amelyet erősített ugyan M. Scaurus személyének méltósága, de megterhelt a hivatali visszaélés vádjának alantas volta. A bevezetőben a szónok rögtön összevegyítette a két szempontot, hogy a bűncselekmény szégyenletességét elfödje a személy méltósága, de nem túl bőbeszédű és nem is túl hivalkodó módon, hanem úgy, hogy még a gyanúsítás miatti félelemre is utaljon: „Amit M. Scaurus mindenekelőtt remélhetett, bírák, az az, hogy anélkül, hogy bárki gyűlöletét kiváltaná, anélkül, hogy megbotráncozást és bosszúságot okozna”, és így tovább.

21. A *paradoxos* típusban, vagyis egy rossz megítélésű témában, amikor a személy és a tett egyformán rossz fényben tűnik föl, hosszabb bevezetésre lesz szükség, és a gyanú eloszlatásán kell munkálkodni; szerényen, inkább udvariaskodva beszélni, tartalmilag és nyelviileg is; panaszolva, hogy a vádat hamisan emelték, és rosszindulatból keltették rossz hírünket. Egész testünk tiszteletteljesen meghajolva, fejünk lehajtva, szemünk a földre szegezve, nem szigorúan nézve, hanem, ha képesek vagyunk rá, félelmet is színlelve. Az *adoxos*ban, vagyis az alantas ügyben, a bevezetőknél közelíteniük kell a minden-napi beszédhez, nem magasröptű gondolatokkal, túldíszített nyelvezettel, és tiszteletet parancsoló mondatszerkezetekkel, hanem úgyszólván kötetlen és egyszerű

simplici. Vis autem omnium sententiarum, quam his principiis adhibemus, ea esse debet, ut rem a proprietate revocet ad communitatem, et dicat omnium interesse illam rem vindicari, propterea quod quanto quaeque minora sunt, tanto crebrius et magis inter multos cadere possint; nec tam oportere spectari magnitudinem rerum et personarum quam rationem aequi et iniqui, veri atque falsi; eandem enim esse horum in minimis vim quam in maximis. Talia principia sunt pleraque apud Demosthenem in iis libris, qui inscribuntur idiotici, et magis apud Lysian et apud quosdam ex nostris veteribus. Certe M. Tullius, cum pro Archia diceret, non aliter exorsus est.

stílusban. Ám minden gondolatnak, amelyet ebben a bevezetésben elmondunk, arra kell irányulnia, hogy a dolgot magánügyből közüggé tegyük, azt állítva, hogy mindannyiunk érdeke, hogy az ügyünk sikerrel járjon, hiszen amennyivel kisebb dologról van szó, annyival gyakrabban és több emberrel fordul elő. Nem annyira a tettek vagy a személyek nagyságát kell szem előtt tartani, mint inkább a méltányosság és méltánytalanság, az igazság és a hamisság szempontjait – hiszen ezek jelentősége egyforma a legkisebb és a legnagyobb ügy esetében. Számos ilyen bevezetés van Démosthenésnél azokban a könyvekben, amelyek a *Magánjogi beszédek* címet viselik, és méginkább Lysiasnál és a mi néhány régi szónokunknál is. M. Tullius mindenesetre ugyanígy kezdte a beszédét, amelyet Archias érdekében mondott